

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Bernhard Heinrich Roennberg

**Celsissimi Atqve Serenissimi Principis Ac Domini, Dni. Caroli Leopoldi, Dvcis  
Regnantis Mecklenburgici ... Natalem Jvcvndissimvm Die XXVI. Novembris  
Feliciter Rediisse ...**

Rostochii: Typis Iohann. Iac. Adleri, [1745]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1794529861>

Druck    Freier  Zugang



2°

Carl Leopoel.

1713 - 1748.

Mkl f I

1926-4°



35 Spalte

Abt. f I  
1926.-40

CELSISSIMI  
ATQVE  
SERENISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,  
DNI. CAROLI  
LEOPOLDI,  
DVCIS REGNANTIS MECKLENBURGICI,  
PRINCIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE,  
SVERINI AC RACEBURGI, COMITIS ITEM SVERI-  
NENSIS, TERRARVM ROSTOCHII ATQVE  
STARGARDIÆ DYNASTÆ,

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS PATRONI

ATQVE

CANCELLARII MAGNIFICENTISSIMI,  
DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI  
NATALEM JVCVNDISSIMVM

DIE XXVI. NOVEMBRIS FELICITER REDIISSE, NEC MINVS DEVOTE PER-  
AGENDVM ANNVNTIO, ET SIMVL AD SOLLEMNEM

DE GRAVISSIMIS NATALIVM OPTIMI PRINCIPIS  
IVCVNDE CELEBRANDORVM RATIONIBVS, EX INDO-  
LE CIVIS SVBIECTI PETITIS;  
ORATIONEM BENEVOLE AVDIENDAM

MAGNIFICVM DOMINVM RECTOREM, SENA-  
TUS ACADEMIAE PARITER, AC VRBIS PROCERES GRAVISSI-  
MOS, VTRIVSQVE CIVITATIS CIVES TAM HONORATORES, QVAM  
HONORATOS, ET DENIQVE LITTERARVM LITTERATORVMQVE FAVTORES ÆSTV  
MATISSIONS, OMNI, QVA PAR EST, OBSERVANTIA ET HVMANITATE,

DEAM OPTIMI PRINCIPIS EX BONITATE EIVS SA-  
PIENTER ADMINISTRATA DELINEATVRVS  
INVITO EGO

BERNHARDVS HENRICVS ROENNBURG  
PHILOSOPHIAE MAGISTER ET ELOVENTIAE PROF. DVCAL. PVBL. ORD.

ROSTOCHII,

TYPIS IOHANN. IAC. ADLERİ, SERENISS. PRINC. ET ACAD. TYPOGRAPHI.

1745



**F**ELICI tandem auspicio festus ille dies, qui toties universis me-  
 gapolensibus terris latus fuit, qvid qvod latus jam appropinquat.  
 Vigit adhuc OPTIMUS PRINCEPS, & ita vivit, ut sibi de felicitate inde  
 redundantem qvilibet bonorum gratuletur, & se sanctissimo ejus ore spiritum tra-  
 here sentiat. Antea justam, orto SOLE nostro, gaudendi rationem habuimus,  
 & diem, qvo primum apparuit, digne celebrandum duximus. Quidni igitur  
 eundem NATALEM pie devoteqve non minus, qvam jucunde peragamus,  
 cum ad recordationem bonorum pene infinitorum & magnorum, a clemen-  
 tia PRINCIPIS nostri prosectorum, cumulus accessit quam maximus? Utinam!  
 pro merito & dignitate Ipsius, sp̄cimina sapientiæ, bonitatis atque justitiæ,  
 ne dicam, exornare, sed enarrare tantum possemus: digna esset materia,  
 qua sollemni hocce die gaudia adaugeamus publica. Non gloria majorum  
 solum, & stirpe antiquissima eaque regia illustrissimos etiam, potentissi-  
 mosque Principes Germaniæ SERENISSIMUS noster REGNANS ante-  
 cedit, sed suo etiam fulgore virtutibusque suis coruscat, ut incertus sis, utrum  
 magis tantæ proli tanti parentes, an tantis parentibus decori sit tantis animi  
 dotibus proles. Ideam ipsius in imagine optimi Principis, si eam curatius con-  
 templemur, delineatam deprehendemus. Attendite quæso, CELSISSIMI nostri  
 PRINCIPIS clementiam sapienter moderatam, & ejus sapientiam bonitate ex-  
 citatam: Principem EO meliorem cognoscetis neminem. Quid enim est, quod,  
 iis virtutibus, summorum principum personis convenientius sit? Quid  
 est, quod characterem summi imperantis melius exprimat? In ciuitatibus fa-  
 lus publica summa audit lex, & unicus est finis, ad quem obtainendum o-  
 mnia illarum membra communiter tendunt. Principem autem quasi animam  
 in illo systemate corporeo agnoscimus, cuius singulæ partes æque minus, ac  
 membra corporis sine mente, suis funguntur officiis, nisi imperantis manda-  
 to excitentur, ejusque dirigantur consilio. Quem alium in finem imperium  
 ciuitates commune, quam ut bonum, idque publicum, eo felicius obtainere pos-  
 fint & securius, admisissæ putemus? Ob varietatem indolis humanæ & infanum  
 quorundam pruritum, divinas humanasque conculcandi leges, nulla foedera sunt  
 & manent salva, nisi metu & terrore intra limites continentur. Etiam si Deum,  
 testem & vindicem invocarunt ad sustinendam Sanctionem, quam vocant  
 Pragmaticam, & defendendam: nihilo tamen minus quidam imperantium in-  
 venti sunt, qui vel primi eandem frangere conantur, vel laboranti Augustissi-  
 mæ domui segnus succurrerunt. Imperii vero Romano-Germanici Ordines sibi  
 melius consulverunt. Arctissimam non inter se solum societatem erexe-  
 runt; sed etiam IMPERATORI suo AUGUSTISSIMO imperium demandant  
 commune. Quo factum est, ut & exteris hostibus se reddiderint metuendos, &  
mutuae

)(

mutuæ nexu indivulso amicitiæ copulati maneant. Principis autem, monarhæ aut summi magistratus nomine venit, cui imperium, idque jus præscribendi, quæ ad publicam pertinent salutem, competit. Hinc ejus est, universæ societatis securitatem non minus, quam ejusdem commodum sive majorrem quærere sufficientiam. Quos duo fines civitas sibi unice proposuit, & imperantium curæ ac fidei commisit. Dubitandum igitur non est, quin se summi principes eo illustriores præbeant, quo in publica salute amplificanda versantur diligentiores. Non enim bonus princeps, docente HEINECCIO illustri, cives imperii sui causa natos, sed imperium civium causa institutum existimat. In formanda itaque optimi principis imagine omnes lineæ ita sunt ducendæ, ut ex ipsius ore studium felicitatis civium consequendæ, & curam in explorandis mediis eo ducentibus legamus. Nisi me omnia fallunt, VIRI O. O. HONORATISSIMI, in Principe optimo clementia potissimum & sapientia cognoscitur. In Philosophorum enim schola edocti bonitatem e studio, bona aliis conferendi, dijudicamus. Et quis, quæso, alius quam sapiens in excogitandis mediis, quibus finem potest intentum obtinere, versatur? Summa, quæ principi inest bonitas, eum movet, ut salutem publicam pro viribus promovere studeat. Sapientia autem svadet, alia atque alia in exercenda sua bonitate uti ratione. Hæc benignitatem debito docet modo administrare. Illa sapientiæ incitamento est, ad consilia, quibus civitas in ipsius utilitatem dirigatur, suppeditanda. Ambæ autem principem sicut admiralabilem, quidquod omni ex parte perfectum. Permittite, VIRI O. O. HONORATISSIMI, illum optimum principem, quem haec tenus e longinquæ quasi contemplati sumus, propius accedendo intueri. Multa in ipsius imagine ē oculis nostris objiciunt, quæ prima delere lineamenta videntur. Quodsi optimus imperans non nisi mera bonitas est, & habetur delicium humanum: unde severissima ejus in non morigeros decreta proficiscuntur? Bonitas, quæ fine lenitate & misericordia nulla esse dicitur, tantis & tot suppliciis alios cruciari neque jubet neque finit. Sinit omnino benignissimus Princeps, quidquod lenissimus judex cives graviter delinquentes æternis jubet affici pœnis. Et bonitas ipsa ejusmodi cruciatus dictitare sapientiam urget. Evidem negandum non est, principem, in quærendo communi bono, sua benignitate ad omnium & singulorum ci-vium subjectorum felicitatem promovendam admoneri: interim nec iudicatu difficile est, quid summo imperanti ex mera bonitate faciendum sit, quando conservationi totius reipublicæ unius vel quorundam membrorum felicitas reptignat. Cum bonum partis, totum destruens non bonum, sed verum malum est, testante illustri THOMASIO: nihil, conservatione ejusmodi civis, magis bonitati principis adversatur optimi. Lenitati & misericordiæ permittere, atque dubio, eique clementissimo principi sapientia svadet, partem abscindendam jubere, ut conservetur totum. Nostro quidem tenui iudicio ut princeps, qui, nullæ felicitatis publicæ habita ratione, nonnullis subjectorum nimis indulget, nec illos in possessione ipsorum felicitatum, quæ reipublicæ detrimento sunt, turbat ac debitum maciat pœnis, clementissimus habendus sit, tantum abest, ut potius civitati evadat crudelissimus. Longe aliam ingrediationem, bonitas summi imperantis a sapientia didicit edocta. Præmia & honores proponit civibus in virtutis & obedientiæ incitamentum. Sed cum malitia hominum ea contemnere svadet, ut suis in detrimentum aliorum libidinibus indulgere possit: quam maximas pro ratione delicti decernendo pœnas, impios a conatu nequisfimo, leges transgrediendi salutares, deterrire, & metu ad officia sua implenda obligare conatur. Cui ergo bono graviter delinquentes punit optimus princeps? Ipsa salus eaque publica ante oculos versatur. Eam, salvis quibuscam inutilibus imperii ponderibus, obtineri non posse novit. Cum igitur commune bonum ipsi curæ cordique est: ipso bonitatis affectu ad putrida illa membra rapitur abscindenda. Mireris sane, ex uno fonte, eoque purissimo scaturire ac manare rivulos quam diversissimos. Sed quid est, quod hæreamus, cum naturam soli, quo de fluit aqua, adsun it, & modo noxia, modo saluberrima redditur, sicuti ex eodem mercurio medicina salutaris

& vene-

& venenum præparatur fortissimum. Similiter, ut principis studium, salutem promovendi publicam, manifestum sit, præmia bonis dispertienda sunt. Et ne benignitatem civitati suæ deneget vel subtrahat, sapientia ad refractarios puniendos adducitur. En adhuc aliud, idque extreum fere medium, ad quod bonitati, duce sapientia, configiendum est. Ut ciuitatem suam sublevare, eique vero esse possit commodo, reipublicæ omne consilium, omneque nonnunquam auxilium denegat. Cives, qui obedientiam recusant, suis committit fatis. Ordini ordo insurgit. Quadrata miscuntur rotundis. Et respublica navis, quæ, pace inter naviculos disrupta, & gubernatore a clavo detrufo, libidini maris turbinisque commissa est, similis videtur. An vero illud characterem optimi, clementissimi & sapientissimi Principis exprimit? Omnino. Suo damno jam edociti & mansuetiores facti, sapientibus parere legibus, quod sic dictum onus antea ferre recusabant, eo sunt paratores, & finem suum, ad exhibendam bonitatem jam tendentem, princeps consequitur sapientissimus. Sic imperantem plenum amoris & clementiæ filia sapientiæ, prudentia, inquam, agere docuit. O sapientissima & benignissima imperii administratio! Quibus artificiis & arcanis tibi opus est? Quis unquam credidisset, principem in isto rerum statu turbulentissimo manere optimum principem? A subiecto autem, in illa publica calamitate, sapiens principis bonitatis administratio veneranda, & exspectandum, quando optimus princeps e re sua & reipublicæ esse judicaturus sit, ut judicia, Ciceronis utor verbis, constitutæ, fidem revocet, libidines comprimat & omnia, quæ dilapsa jam defluxerunt, severis legibus vinciat. Quod autem, Viri O. O. Honoratissimi! judicium de illo principe, qui bonos præmiis ornat, & malos cives interdum gravissimis etiam afficit suppliciis, feren dum est. In illo characterem & perpetuum & sufficientem principis justissimi animadvertere videor, nec ullum relinquitur dubium, cum omnium confessione illa qualitas justitiæ est propria. Igitur omni ex parte princeps optimus felix est prædicandus. Ob bonitatem enim ejus sapienter administratam plenis etiam justitiæ radiis coruscat, & quasi corona cincta est. TU autem PRINCEPS noster CELSISSIME & OPTIME salve. Ex TUA imagine rudimenta ideæ perfectissimi Principis delineavi. In TE illæ virtutes regiæ optimi Patriæ patris nitidissima fulgent luce. TU idem semper fuisti sapientissimus noster REGNANS PRINCEPS & PATER CLEMENTISSIMUS. Gaude TUO isto tam excellenti bono & fruere cum fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus. Nobis autem ILLUM CELSISSIMUM PRINCIPEM gratulari possumus. EUM feliciter natum, EUM a DEO nobis clementissime conservatum gaudemus. Sicuti autem SUMMO NUMINI gratias pro conservati one PATRIS PATRIÆ benignissima agere: ita pro SERENISSIMO REGNANTI conferenda ulteriori felicitate omnis generis vota quemlibet piorum civium decet persolvere quam ardenter. Ad quæ fundenda cum nullum, crastina luce, qua in sollemni panegyri Patrum & Fautorum Academiæ NATALES SERENISSIMI nostri REGNANTIS oratione publica devote pergam, ex optatius potest contingere tempus: MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM Senatus academicici pariter ac urbici Proceres Gravissimos, utriusque ciuitatis Cives tam Honoratores quam honoratos, & denique litterarum litteratorumque Fautores & umatissimos, ad benevolè audiendam Orationem, & diem festum jucunde & sollemniter celebrandum, omni, qua par est, observantia atque humanitate convocare volo. Dab. d. XXV. Nov.

A. O. R. MDCCXLV.







exu indivulso amicitiae copulati maneant. Principis autem, mo-  
 ut summi magistratus nomine venit, cui imperium, idque jus præ-  
 quæ ad publicam pertinent salutem, competit. Hinc ejus est, univer-  
 tis securitatem non minus, quam ejusdem commodum sive majo-  
 re sufficientiam. Quos duo fines civitas sibi unice proposuit, &  
 ium curæ ac fidei commisit. Dubitandum igitur non est, quin se  
 incipes eo illustiores præbeant, quo in publica salute amplificanda  
 diligentiores. Non enim bonus princeps, docente HELNECCIO illustri,  
 erii sui causa natos, sed imperium civium causa institutum existimat. In  
 itaque optimi principis imagine omnes lineæ ita sunt ducendæ, ut ex  
 studium felicitatis civium consequendæ, & curam in explorandis medi-  
 ntibus legamus. Nisi me omnia fallunt, VIRI O. O. HONORATISSI-  
 incipe optimo clementia potissimum & sapientia cognoscitur. In  
 orum enim schola edocti bonitatem e studio, bona aliis conferen-  
 camus. Et quis, quæso, alius quam sapiens in excogitandis mediis,  
 nem potest intentum obtinere, versatur? Summa, quæ principi in-  
 as, eum movet, ut salutem publicam pro viribus promovere stu-  
 apientia autem svadet, alia atque alia in exercenda sua bonitate uti  
 Hæc benignitatem debito docet modo administrare. Illa sapientiæ  
 ato est, ad consilia, quibus civitas in ipsius utilitatem dirigatur, sup-  
 a. Ambæ autem principem sicut admirabilem, quidquod omni  
 perfectum. Permittite, VIRI O. O. HONORATISSIMI, illum opti-  
 principem, quem haec tenus e longinquæ quasi contemplati sumus, pro-  
 dendo intueri. Multa in ipsius imagine se oculis nostris objiciunt, quæ  
 clere lineamenta videntur. Quod si optimus imperans non nisi me-  
 s est, & habetur delicium humanum: unde severissima ejus in non  
 os decreta profiscuntur? Bonitas, quæ sine lenitate & misericordia  
 tis & tot suppliciis alios cruciari neque jubet neque finit.  
 issimus Princeps, quidquod lenissimus judex cives gra-  
 eternis jubet affici pœnis. Et bonitas ipsa ejusmodi cru-  
 entiam urget. Evidem negandum non est, principem,  
 uni bono, sua benignitate ad omnium & singulorum ci-  
 felicitatem promovendam admoneri: interim nec judi-  
 id summo imperanti ex mera bonitate faciendum sit,  
 ni totius reipublicæ unius vel quorundam membrorum  
 um bonum partis, totum destruens non bonum, sed verum  
 lustri THOMAS O:nihil, conservatione ejusmodi civis, ma-  
 s adversatur optimi. Lenitati & misericordiæ permettere,  
 clementissimo principi sapientia svadet, partem abscin-  
 conservetur totum. Nostro quidem tenui judicio ut  
 felicitatis publicæ habita ratione, nonnullis subjectorum  
 illos in possessione ipsorum felicitatum, quæ reipublicæ  
 bat ac debitum magat pœnis, clementissimus habendus fit,  
 us civitati evadat crudelissimus. Longe aliam ingredatio-  
 imperantis a sapientia didicit edocta. Præmia & honores pro-  
 tutis & obedientiæ incitamentum. Sed cum malitia  
 mnere svadet, ut suis in detrimentum aliorum libidinibus  
 uam maximas pro ratione delicti decernendo pœnas, im-  
 uisimo, leges transgrediendi salutares, deterre, & metu  
 nda obligare conatur. Cui ergo bono graviter delin-  
 nus princeps? Ipsi salus eaque publica ante oculos versa-  
 is' am inutilibus imperii ponderibus, obtineri non posse no-  
 commune bonum ipsi curæ cordique est: ipso bonitatis  
 illa membra rapitur abscindenda. Mireris fane, ex uno  
 ho scaturire ac manare rivulos quam diversissimos. Sed quid  
 , cum naturam foli, quo de fluit aqua, adfun it, & modo no-  
 ma redditur, sicuti ex eodem mercurio medicina salutaris  
 & vene-

